



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118510

§. 93. Legati ab Cæsar is molimina turbati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

Sæcal. XVI. no de induiis ageret. Posthæc idem Le-
A.C. 1545. gatus sermonem deflexit ad illa mandata,
 quibus Neapolis Pro-Rex hujus Regni E-
 pis copis ad Concilium accedere inhibuit:
 Ad hæc autem reposuit Imperator, id se
 inscio fuisse attentatum, de cetero hujus
 Pro-Regis rationes se sedulo discussurum.

§. XCIII.

Legati ob Cæsaris molimina turbati.
Pallav. t. c. **C**uncta hæc Farnesius Tridentinis Lega-
n. 6. § 7. tis significabat, unde illi Synodi cele-
 brationem omnino maturandam esse pro-
 be prospexerant, ut quantocius omnibus
 Cæsaris confiliis obviari, ejusque molimi-
 na præverti possent: Hanc ob rem datis
 ad Papam literis eidem exponebant, quod
 graviter commoti essent malis, quæ ex
 Concilii dilatione nasci possent, cum abs
 dubio Pontifex insimularetur, quod pro-
 missorum facilitati raro operis constantia
 fidesque adfuerit, si vero, prosequebantur
 Legati, Synodus invitatis Principibus cele-
 bretur, tunc sat exiguum erit confluentum
 numerus, nec ipsum etiam Concilium di-
 ci poterit Oecumenicum, cum Episcopi,
 qui in horum Principum ditionibus Ec-
 clesiæ regunt, abs dubio a Synodo abes-
 sent. Postrema hæc ratio ceteris prævale-
 re videbatur, eo quod Galliarum Rex pa-
 rum Synodo faveret, ejusque Legatus Gri-
 gnanus nomine, potius Doctorum consul-
 tationem de fidei articulis constituendam
 quam Synodum esse celebrandam Wor-
 matiæ enuntiasset.

Cæ-

Ceterum exeunte mense Mayo præter quinque supremos Ordinum Generales, u- numque Rotæ Auditorem jamjam Tri- denti convenerant triginta Episcopi, qui avide Synodum inchoari præstolabantur, & vix non redire erant parati, nisi a Legatis fuissent detenti, facta eisdem pollicitatione, quod Concilio initium brevi dan- dum esset. Nihilominus Mendoza Caroli V. Legatus quæsito adversæ valetudinis obtentu Venetas reversus est, Pontificios tamen Legatos rogavit, ut ante redditum suum, quem promptissimum fore pollicebatur, Synodum non inchoarent; præsen- ferat enim, quod Imperator segnius Synodi celebrationem urgeret, cunctaque dif- ferret, atque in incerto relinqueret, veri- tus, ne Protestantates irritaret.

§. XCIV.

*Synodi initium per Papæ Deputatos
Cæsari propositum.*

Hæc Cæsaris tergiversatio haud levibus curis afficiebat Pontificem, quapro- pter ad eundem allegavit Hieronymum Dandinum Casertensem Episcopum, qui vel Synodum inchoari, vel ad tempus dif- ferri Carolo Cæsari proponeret, si vero neutrum eidem probaretur, saltem eun- dem ad Concilium in Italiam transferen- dum inclinaret: verum Cæsar nec Syno- di dilationem, nec illius translationem si- bi probari respondit, interea tamen pro- positis quibusdam obstaculis illius in-

Y 3

choa-

Sæcul. XVI.

A.C. 1545.